

non intelligitur de omnibus hæredibus, sed tantum de descendentes: neque talis concessio comprehendit hæredes extraneos, ut est text. in *autent. de non alienan. §. emphyteosim. collation. 2.* tenet gloss. & Bart. in *leg. etiam. ff. soluto matrimonio*, Joan. Andr. in *addition. ad Specul. in titulo de locato. §. nunc aliqua. versic. 117.* & ista est communis opinio, ut adducit latè Decius in *capitulo. in presentia. 14. colum. de probationibus*, dicens, quod ista opinio debet prævalere in iudicando, & consulendo, & ibi respondet ad motiva, Abb. in *dist. capitul. in presentia. colum. 9.* qui tenuit contrariam opinionem, super quo puncto tu cogita: nam cum emphyteosis Ecclesiæ possit hodie dari in perpetuum, tam in dispositione, §. *licentiam in autent. de alienat. & emphyteo. collation. 9. quam ex leg. 3. tit. 14. partit. 1.* videtur, quod id quod habetur, §. *emphyteosim. in autent. de non alien. collation. 2.* quæ astrigit ad tertiam generationem, & qualitatem hæredum, hodie non habeat locum, præsertim cum per leg. partitæ non repugnat approbatus, & dic. §. *emphyteosim.* neque etiam per jus canonicum, & fortè videretur distinguendum, quod aut in concessione dicitur simpliciter, quod concedit simpliciter Ecclesia in emphyteosim alicui pro se, & hæredibus: non adiciens perpetuo, & tunc procedit opinio communis: aut fuit adiectum hoc verbum (perpetuo) & tunc comprehendatur quicumque hæredes descendentes, vel extranei, & cum ita mihi videretur tandem reperi istam fuisse sententiam Bald. in *addition. ad Specul. tit. de locat. §. in autent. si quas ruinas. C. de Sacrosanctis Ecclesiis. colum. 1.* & in aliis locis relatis per Alexand. in *leg. etiam. ff. soluto matrimonio*, cum refert quartam principalem opinionem, ubi refert Ange. & alios istam opinionem reproban- tes.

Sed mihi satis placet: quia per eam istæ opinionores reducuntur ad concordiam, & idem videretur dicendum, si concessio fieret in quibuscumque hæredibus, & an tunc etiam comprehendatur legatarius, cum legatarius in re legata quoadmodum hæres sit, per *legem id tempus. §. 1. ff. de usufructu. vide per Jason. in dista leg. 2. quæst. 14.* ubi refert quamplures tenentes, quod sic. Licet expresse non loquantur in concessione Ecclesiæ.

Limita etiam, & intellige dictam communem opinionem in emphyteosi solita concedi: nam secus esset in ea, quæ servata solemnitate in tali alienatione requisita de novo concederetur, cum transiret etiam ad extraneos hæredes, ut tradit Decius ubi *supra colum. 15.* Limita etiam nisi in concessione dicatur de hæredibus masculis: nam tunc non venient extranei, sed tantum descendentes, ita tenuit Rayn. de Forli. in *disputatione sua*, incipit, *quidam babebat duos filios*, sequitur Bald. in *leg. Gallus. §. etiam. colum. penult. ff. de liber. & posthum. per text. in dic. §. si clientulus. de alienation. feud.* & etiam Decius in *dic. cap. in presentia.*

Sed quid si recipiat quis emphyteosim pro se, & suis filiis, & hæredibus, an exigatur, quod filii etiam sint hæredes, ut succedere possint in emphyteosi? Bart. in *leg. ut jurisjurandi. §. si liberi. ff. de operis liber. tenet*: quod sic, allegando, §. *emphyteosim. dist. autent. de non alienan.* & sequitur Bald. in *leg. tale pactum. §. fin. in princ. ff. de pactis*, per illum text. & Angel. in *dist. leg. Gallus. §. etiam. ff. de liber. & posthum.* & idem dicit Alexand. *confli. 44. volum. 4. viso thomas. in princip. si dicatur pro filiis, & successoribus*, qui allegat Imol. in *leg. quod dicitur in fin. ultim. colum. ff. de verborum obligationib.*

Sed quid si filii sint inæqualiter instituti in hæreditate: an in emphyteosi succedant æqualiter? Bald. quod sic, in *dist. autent. si quas ruinas. C. de Sacrosan. Ecclesiis. colum. 4.* & in *leg. liberi. colum. 6. C. de operis liberato. adverte tamen, quia Bald. loquitur, quando non fuit adjectum verbum, & hæredibus. sed tantum fuit dictum de filiis: quoniam ex mente Bal. est in *dic. autent. si quas ruinas. cum dicit, quia tunc emphyteosi non est jus hereditarium, quod quando adjectum fuit, & hæredibus, & c. quod tunc succedant in emphyteosim pro parte in qua sunt instituti, & si aliqui eorum instituantur in re certa, tunc non succederent in em-**

phyteosi, ut voluit Bald. in *dist. lege liberi. colum. 7. versic. secundum dubium*: quia appellatione hæredis in dubio venit hæres universalis, non autem hæres in re certa, *L. quotiens. C. de heres. institui. L. heredes. ff. de reg. jur. & saltem hoc procederet, quando pater voluit, & expresse disposuit, quod ad hæredes universales pertinerent bona emphyteotica, ut adducit Alexand. referens Angulm. & Imol. *confli. 124. circa primum dubium. colum. penult. volum. 5.* vide etiam Jaso. in *dic. leg. 2. versic. 5. quærit hic Salyc. in 99. colum. totius tractatus. C. de jure emphyteo. ubi dicit: istum passum esse dubium, & Doctores varios, & nihil affirmat: sed transit remissionibus contentus, non allegans dictum *confli. Alexand. nota etiam, quod emphyteosis hæreditaria potest uni ex filiis assignari per patrem, secundum Baldum in dic. leg. liberi. col. 7.* iudicatur enim de ea, sicut de aliis bonis patrimonii testatoris, & sic secundum iura regni limitabitur: quod nota, quia secundum hoc attentis. II. hujus regni talis emphyteosis limitabitur ad vires tertii, & quinti, & partis legitimæ, si autem non esset hæreditaria: sed tantum recepta simpliciter pro se, & filiis sine adjectione, & hæredibus, tunc pater non potest uni filiorum illam prælegare, vel donare, ut vult Bart. in *dist. §. si liberi. colum. 2. versic. secundum dubium.* Contrarium tamen tenet Bald. in *dist. autent. si quas ruinas.* & Joan. de Imol. in *cap. potuit. de locato. in ultima c. barta, & quod opinio Bar. in hoc magis communiter damnatur, a ferit Alexand. in dic. *confli. 124. colum. penult. ubi ponit rationem de hoc, & Doctores ita tenentes. vid. ibi per eum.****

Sed quid si in vestitura dum conceditur emphyteosis, non fiat aliqua mentio de filiis, neque de hæredibus: sed simpliciter quis accipiat rem in emphyteosim? Bal. in *cap. 1. quibus mod. feud. confit. possit. vult*, quod si emphyteosis simpliciter recipiatur, intelligitur recepta pro filiis masculis, sicut & in feudo, dicit ibi gloss. & dicit hoc esse tenendum cordi, & notandum dictum Bald. referat Jason. in *leg. 2. versic. 10. quæro. in 101. colum. totius tractatus. dicens, quod Angel. in leg. item videndum, §. fin. ff. de partition. hered. per text. in dist. §. emphyteosim. vult, quod cum simpliciter est recepta, transeat tam ad filios masculos, quam ad foeminas, & pertranseat breviter non dilucidans istum articulum.*

Ego vero bene consideratis verbis dicti §. *emphyteosim.* & notatis per glossam in *dic. capitul. 1. quibus modis feud. confit.* possit aliter dicerem, quod, aut loquimur in emphyteosi Ecclesiæ, quæ simpliciter recipitur nulla facta mentione filiorum, neque hæredum, & tali casu emphyteosis durabit ad solam vitam percipientis, neque transit ad ejus filios, vel nepotes: ex quo pro eis non fuit recepta, quod satis bene probatur in dicto §. *emphyteosim.* recte intelligendo, nam cum ibi dicitur, nisi filios, aut nepotes habuerit: refertur ad id quod primo in princip. §. dicit in versicul. fieri finimus, & in accipientis personam, & in duobus ejusdem personæ hæredibus filijs, &c. & sic quando fuit in concessione de filiis, & nepotibus cautum, & ideo subdit, quod non transit ad virum, & uxorem, nisi specialiter sic cautum, non tamen vult ille text. quod si emphyteosis ecclesiæ simpliciter recipiatur, nihil dicendo de filiis, vel nepotibus, quod ad eos emphyteosis extendatur, neque Angel. in *dic. to. §. fina.* tenet contrarium, quia allegat *dist. §. emphyteosim.* qui ut dixi, loquitur quando concessio fuit facta etiam pro filiis, & nepotibus, & ex hoc pater, male dixisse Joan. de Imol. in *dic. leg. quod dicitur. col. 10. ff. de verborum obligationibus in quantum dicit, quod si emphyteosis ecclesiæ conceditur, non facta expressione temporis, intelligitur, quod est in perpetuum concessa, nam ex quo concedi potest in perpetuum, & tempus non adicitur, dicitur in perpetuum concedi, *argument. leg. servus. ff. de panis.* nam hoc est expresse contra *dist. §. emphyteosim.* qui non est correctus, quando emphyteosis fuit concessa simpliciter: sed quando per verba expressi, vel acquipollentia in perpetuum concederetur, ut dixi supra. Pater etiam male dixisse Bald. in *autent. si quis. C. qui potio. in pgs. habe. & in addi. ad Specul. tit. de locato. colum. 2. versic. ecclesia potest.* ubi dixit, quod si Ecclesia simpliciter concedit in emphyteosim, puta Titio,*

ne, (6) por cada año: e tal pleyto como este deve ser fecho con plazer de ambas las partes, e por escrito: (7) ca de otra guisa non valdria. Otrosi deveu ser guardadas todas las conueniencias, (8) que fueren escritas, e puestas en el. E porque este Partida V.

tio, quod tunc intelligitur de se, & filiis, & nepotibus, ita dicit notari in *leg. etiam. ff. solut. matrim.* ubi gloss. hoc dicit, sed quod emphyteosis ecclesiastica non transit ad extraneos hæredes: sed ad filios, vel nepotes, & allegat, *dist. §. emphyteosim.* qui ut dixi, loquitur etiam de filiis, & nepotibus, & quod ita intelligatur *dist. §. emphyteosim.* est de mente Bald. in *autent. defunctor. C. ad Tertullia. parum post princ.* cum dicit, nam emphyteosis ecclesiastica de sui natura non respicit, nisi lineam descendentem: quoniam non debet fieri, nisi in accipientis persona, & in duobus ejusdem personæ hæredibus pondero, cum dicit, fieri & cum postea Bald. subdit, nisi dicatur expresse, quod transeat in omnes descendentes in infinitum: quia tale pactum hodie valet per *dic. §. licentiam.* & ex hoc pater, quod male retulit Paul. de Castro, in *leg. etiam in princ. ff. solue. matrimon.* dum refert Bald. dixisse in *dic. autent. defunctor.* quod simpliciter concedendo emphyteosim, videtur Ecclesia concedere in tertiam generationem, & hoc etiam pater, nam si de hoc fuerat casus in *dist. §. emphyteosim. Bald. in dic. cap. 1. in fin. quibus modis feud. confit. possit.* non ita dixerat tenendum cordi, & notandum, quod arguendo de feud. ad emphyteosim transeat emphyteosis simpliciter recepta ad filios masculos, & quod *dic. §. emphyteosim.* debet intelligi, quando fuit expressum de filiis, & filiabus, tenet Joan. de Imol. in *dist. cap. potuit ad fin. de locat.* sed quia ista est nova consideratio ad *dic. §. tu cogita super aa: nam ex aliquibus verbis, dic. §. emphyteosim.* innuitur, quod & si de filiis nepotibus non fiat mentio: in concessione tamen intelligitur in eis facta, cum dicit, quod de viro, aut uxore debet esse expresse dictum, & sic vult, quod in filiis, & nepotibus non exprimitur talis expressio.

Adverte etiam, quod cum hodie, ut dixi, emphyteosis ecclesiæ possit dari in perpetuum, si concederetur interueniente justa causa alienandi, & intervenientibus solemnitatibus à iure canonico requisitis, licet concederetur simpliciter, intelligitur perpetuo concessa, & transiret etiam ad hæredes extraneos, ut & voluit Alexand. in *dist. leg. etiam in princ.* & satis etiam de mente Decii in *dic. leg. colum. 15.* & hoc casu potest saluari, & procederet opinio Joan. de Imol. in *dist. leg. quod dicitur.*

Si vero privatus simpliciter concedat emphyteosim, tunc bene crederem, quod transeat in hæredes recipientis etiam extraneos, ex quo fuit concessa sine temporis prescriptione per *L. si pactum. ff. de probat. & argum. dista legis servus. ff. de panis.* Ex prædictis etiam patet male dixisse Bald. in *leg. 2. colum. 1. C. de jure emphyteo. & in §. final. de feud. dat. invicem L. commissio.* alias est in *capitul. quidam de usu Mediolanensi*, ubi dicit, quod si quis acquirit emphyteosim ecclesiæ per prescriptionem, quod emphyteosis sic præscripta extenditur ad tertiam generationem, sicut dicit ipse, si informiter esset concessa, I. sine personarum distinctione intelligitur in tertiam generationem allegando, *dic. §. emphyteosim.* qui fortè hoc non probat, & in quæst. Bald. de emphyteosi præscripta, contrarium tenet Angel. in *dist. leg. 2.* imò quod intelligatur ad vitam præscriptam, & sic quod nimirum est, & fortè in emphyteosi præscripta istud est verius, quidquid dicat Jason in *dist. leg. 2. in 89. colum. totius tractatus.*

(6) *Segunda fe autene.* Voluit, quod transeat ad primogenitum secundum Baldum in *leg. 2. colum. 1. C. de jure emphyteo. & Jason. ibidem colum. 69. totius tractatus. versic. 2.* quærit Bald. & vult ibi Bald. inspicit tempus mortis in consideratione primogenituræ, quia successio habet naturam relationis ad tempus mortis, & ideo inspicitur prioritas, quæ tunc in rerum natura verificatur, allegat, *L. ex factis. §. penult. ff. ad Trebellian.* quod verbum nota ad majoriti-

pleyto es semejante, mas a los logueros, que a otro contrato ninguno, porende fablamos en este Titulo del: e dezimos, que si la cosa que asi es dada a censo, se pierde toda por ocasion, asi como por fuego, (9) o por terremoto,

catus, valebit etiam pactum. quod spiritus succedant secundum eundem Bald. in *dic. leg. 2. colum. 1.* & sequitur Jason. *69. colum. totius tractatus.* assignat Bald. rationem: quia non tanquam hæredes, sed tanquam per procuratorem stipulationem veniunt, sed licet Doctor. non tangunt obitare huic dicto videtur, quod per tale pactum invitatur, quia ad delinquendum: igitur non debet valere, *L. conuenire. ff. de pactis dota. L. si unus. §. illud. ff. de patris. & hinc est, quod non tenet statutum, habitans spurious ad successione, ut tenet Bartol. & Paulus de Castro, in *leg. Seyus. & auerius. ff. ad legem Falcid. Bald. in leg. 1. C. de jure aure. auullo. & in leg. 1. colum. 2. C. de bis, qui pæne nomin. & in leg. eam, quam colunt. 8. C. de fideicommiss. ubi & in columna nona dicit, quod & si Princeps vellet facere constitutionem generalem, quod spiritus succedant, constitutio non valeret: quia esset indirectè contra bonos mores, & esset permissio futuri doli, unde subdit, quod hac ratione non potest legitimare nasciturus ex aliquo, qui nondum sunt concepti in utero: quia est doli de futuro irremissibilis, unde & tale statutum tanquam nutriticum peccati, potest Episcopus annullare, ut consuevit Fredericus de Senis *confli. 175. alias 268.* & refert Joannes de Platea in *leg. 1. C. de bis, qui se deserunt. lib. 10. in fin. & adde Bart. in leg. testamenti factio. ff. de testam.***

Potest dici, quod aut illud pactum apponitur respectu illius, qui potest habere legitimam, & naturale prolem, veluti ei, qui potest matrimonio contrahere, & ex matrimonio procreare liberos, tunc tenet pactum, quod & spiritus succedant in emphyteosim: cum tunc pactum non ita invitatur ad delinquendum, & ex quo potest habere filios legitimos, non præsumitur, quod velit eos habere ex damnato coitu: si vero verba talis pacti referuntur ad eum, qui non potest habere nisi spurious filios, veluti ad clericum in sacris, tunc videtur, quod tale pactum non tenetur, & hæc distinctio colligitur ex notatis per Bartol. in *leg. hæredibus. §. 1. versic. facit ad quæstionem. ff. ad Trebellian.* & per Abbatem in *capitul. in present. colum. 5. de probat. & bene menti, quia Doctores non tangunt. & vide de hoc, quæst. arduam in regali audientia in magna causa.*

(7) *E por escrito.* Quod requiritur de necessitate scriptura ultra istam legem probatur, *L. 3. titul. 14. partida 1.* ubi: *E deveye fazer por carta de escritura publico.* & de jure communi ista erat magis communis opinio, ut testatur Jason in *leg. 1. C. de jure emphyteo. calum. 15. & 16.* tenuit Azzo. in *summa. C. eodem colum. 2. versic. celebratur iste contractus*, & intellige, quod requiritur scriptura, tam ad substantiam, quam ad probationem, secundum Jason. ubi supra, unde dicebat Angel. in *leg. prætor ait. ff. de edendo.* quod si emphyteota non exhibet instrumentum emphyteosis domino directo, potest per eum expelli, & præsumitur emphyteosis finita, allegat Bald. & Speculator, qui tamen ita in specie hoc non dicunt.

(8) *Conueniencias.* Adde legem primam, & secundam, *C. de jure emphyteo. & §. adde Institut. de locatione.*

(9) *Por fuego.* Si ergo domus sit combusta, licet remaneat area, cum ex incendio sit non consumatur, vult ista lex, quod remittatur pensio emphyteosim, quod multum nota: quia contrarium in domo combusta tenet Angel. in *autent. de non alien. §. lex itaque ad finem.* est enim area maxima pars domus, *L. qui res. §. etiam. de locatione. & sic non potest dici, quod perit res tota, & ita arguit in quæst. simili Joan. de Imol. in cap. potuit. de locato. colum. 19. versic. & prædicta faciunt ad quæstionem, & dictum Angel. sequitur Jason in *dic. leg. 1. C. de jure emphy. colum. 4.* tene ergo menti istam legem, & similiter potest dici, quod si vinea, vel olivetum emphyteoticum combu-*



to, (10) o por aguaduco, (11) o por otra razon semejante; tal dano como este pertenece al señor della, e non al otro que la ouiese así recebiba: de aquel dia en adelante, non seria tenudo de darle censo ninguno. Mas si la cola non se perdiere de todo, por aquella ocasion, e fincasse quanto la ochaua parte (12) della alomenos; e honce tenudo seria, de darle censo cada año por ella, a-

buratur, licet remaneat solum, quod emphyteota sit remittenda pensio per istam legem, & idem videtur dicendum, si terramotus domus periret, etiam manente area, & pro decisione hujus leg. facit, quia mutata forma substantia rei, videtur esse perempta, L. Juliansi, §. sed et si quis, ff. ad exhibenda. L. reperi, §. fin. ff. quibus modis usufructus, ff. de usufructu. L. reperi, §. fin. ff. quibus modis usufructus, ff. de usufructu. Et idem in domo combusta, tenet Bald. in leg. 1. column. penult. C. de jure emphyteote, dicens, quod si vult cedere area, & non solvere censum, non cogitur ad praeactionem: si tamen velit solvere censum, dicit, quod dura-bit emphyteosis, quod didum est satis notabile, & cogita an idem erit dicendum, si res super qua imponitur census, secundum modernos, contractus nostri temporis destrueretur: quia militari videtur eadem ratio, & ea quae dixi supra in princ. hujus leg.

(10) Terre motus. Quia forte fracta est, & aperta terra versus abyssum, ut declarat Joannes de Imol. post Joannem Andr. in capitulo. potuit, de locato. declarando verbum (chastan) positum ibi in glossa, quod intelligatur de terramotu, vel fracture.

(11) Aguaduco. Id est, inundatione: quia quod est inundatum ab aquis, censetur deperditum, L. si in venditione, §. si ff. de peric. & commoda rei vendita, lex 3. §. Labeo. L. qui universas, §. item quod a mari, ff. de acquirenda possessione, & paria lunt rem esse inundatam, vel a mari, vel a flumine, vel esse ab hostibus occupatam, L. cum unus, §. final. ff. de bonis auto. judi. possi. unde similiter fieret emphyteota remissio pensionis, si propter guerram non potuit percipere fructus rei emphyteoticæ, Bart. referens Jacob. de Aret. in leg. interdam, §. 1. ff. de acquirenda possessione, & in leg. 1. C. de jure emphyte. & tenet Joan. de Imol. qui & alios refert in dicto cap. potuit, 19. column. Joan. de Plat. in leg. quicumque, C. de fundis patri-mo. libr. 11. tradit latè Jason. tandem residens in ista conclusione in leg. 1. column. 20. cum multis sequent. C. de jure emphyte. vide per eum, qui refert multas, & varias opinio-nes in hoc, & aliqua notabilia dicta in materia.

(12) Ochaua parte. Ex dictis Axonis sumptum est hoc, C. de jure emphy. in summa, versio. est autem natura, & licet Azo. ita exemplificet: tamen ejus intentio (ut ex ejus verbis colligitur) est quod si quilibet pars quantumcumque minima remaneat, emphyteota teneatur ad pen-sionem, & ista etiam fuit opinio, gloss. in dic. leg. 1. & in §. adeo Institut. de locatione, & gloss. in capitul. potuit, de locato. & tenet Specul. titul. de locato, §. nunc aliqua, versio. 135. & ff. communis opinio, ista tamen L. paritèr vult, quod si octava pars rei non remaneat, licet maneat aliquid minus octava, quod non teneatur ad pensionem, & fuit optima provisio hujus leg. in ista taxatione, & intel-lige, & limita istam legem, quando pensio erat modica, & non correspondens fructibus: si vero pensio correspon-deat fructibus, dato, quod res non sit in totum submer-sa, neque inundata: sed pro majori parte, ita quod percipiatur minus dimidia parte fructuum, qui percipi con-sueverint: seu non ita, quod ex eo, quod superest, non possit percipi fructus sufficiens ad pensionem, tunc non tenebitur emphyteota ad integram pensionem: sed pro rata fructuum, ut tenet Bart. in leg. 1. C. de jure emphyte. ubi & Bald. 1. oppo. & ita consulat Alexand. consil. 112. volum. 1. incipit, videtur in praesenti consultatione, & tenet Jason. in dict. leg. 1. column. 19. est ergo tunc danda emphyteotæ electio, quemadmodum conductori: ut habe-tur in leg. 22. supra eodem, & cogita, an idem sit dicen-

si como le auia prometido. E aun dezimos, que si la cola que es dada a censo, es de Eglecia, o de Orden, si aquel que la touiessè, retouo la renta, o el censo, por dos años, (13) que lo non diessè; o por tres años, (14) si fuisse de ome lègo que non fuisse de Orden; que dende en adelante, los señores della sin mandado del Juez (15) la pueden tomar. Pero si después destos plazos

dum in contractibus censuallibus nostri temporis, in qui-bus census imponitur super re juxta correspondentiam fru-ctuum: quia videtur militare eadem ratio, & quia in effe-ctu tunc census reperitur impositus super personam, juxta ea quae dixi in princ. hujus legis.

(13) Por dos años. Adde capitulum potuit, de locato. & autem. qui rem, C. de Sacrosanctis Ecclesiis, & procedit etiam si una Ecclesia sit emphyteota alterius Ecclesiæ, gloss. au-thent. de alien. & emphyte. §. si vero quis, collat. 9. in par-te per biennium, licet Salic. in dic. autem. qui rem voluit requirit triennium: sed magis placet opin. gloss. per leg. fin. quam allegat, & quod Ecclesia cessans solvere per bien-nium, vel triennium cadat a jure suae emphyteosis, tenet gloss. in capit. constitutus, de religio. domi. super parte jux-ta ratam, & Bald. in capit. 1. de alien. feud. colum. 3. & in leg. placet, C. de Sacrosanctis Ecclesiis, ubi & Jason. colum. 4. eo, quia ista resolutio inest ex natura contractus, & idem tenet Abb. in dic. cap. potuit, licet ibi Joan. Andr. te-neat contrarium, & Specul. reliquit hanc questionem sub dubio referens contrarias opiniones in titul. de restitu-tione. in integ. §. quis autem, colum. 8. poterit tamen isto casu Ecclesia perire restitutionem in integrum, sicut possit mi-nor, ut tradit Specul. titul. de locato. §. nunc aliqua, et: sic. 14. & 15. & vide Bart. in leg. 2. C. si adversus vend. pign. & per Jason. & in dicta lege 2. quæst. 1. C. de jure emphy-teo. col. 11. & quid si Ecclesia succedet privato, vide Bal. in dic. leg. 2. in secunda lectura, col. fin. C. de jure emphyteo. ubi concludit, quod licet annus unus sit elapsus cum privato illo, qui concessit emphyteosim, adhuc requiritur, quod curat biennium cum Ecclesia, quae succedet privato, quia ex quo Ecclesia utitur administratio defuncti, debet uti jure illius, vide etiam de ista questione Salic. in dicta lege 2. pen. quæst. & per Jasonem quæst. 13. colum. 4. totius tractatus.

(14) Tres años. Adde L. secundam, C. de jure emphyteo. & procedit etiam si canon emphyteoticus debeatur fisco, qui concesserat in emphyteosim, ut vult gloss. in leg. si tuores, C. de administr. tuto. licet Saly. ibi dicat in emphyteota sibi, sufficere biennium: cujus fundamentum tollitur ex his, quae dixi supra eod. leg., 19. in gloss. magna.

(15) Sin mandado del Juez. Approbat opinionem gloss. in leg. 2. C. eodem, & in cap. potuit, de locato. & fuit opi-nio Azo. C. eodem in summa, & est communis opinio, non ergo requiritur, quod precedat sententia declaratoria, se-cundum Hostiensem, & Anton. in dicto capitul. potuit, ubi Anton. dicit, hanc esse communem opinionem, & tenet Bald. in addition. ad Specul. titul. de locato. §. nunc aliqua, co-lumna 6. & Alexand. consil. 6. volum. 3. colum. pen. Decius consilio 146. in secundo dubio.

Limita tamen, nisi emphyteota de facto resisteret, se-cundum Bar. & Angel. in dicta lege 2. limita etiam, nisi do-minus pro expellendo addidit iudicem, non protestans: ut sibi maneret saluum jus expellendi, juxta notata per Bal-dum in leg. 2. versio. 10. quara. C. de servitu. vide late Jason. in dicta lege 2. colum. 67. & Decium in dicto con-silio, & ad id, quod dixi, nisi emphyteota resisteret de fac-to, vide Jasonem in dicta lege 2. colum. 61. totius tracta-tus, cum duabus sequenti. ubi tenet contrarium: & refert alios, vide ibi. Limita etiam nisi emphyteota negaret se non soluisse, seu diceret tempus solutionis nondum elapsum: nam tunc, quia per negotiationem res efficitur dubia, non li-ceret domino expellere propria auctoritate, secundum Spe-culat. titul. de locato. §. nunc aliqua, versio. 48. sed Joan. de Imol. in dict. capit. potuit, colum. 12. voluit contra-rium:

Como aquel que tiene la cosa a censo, si la quiere a enagenar, que la deve vender al señor ante que a otro; queriendo dar tanto precio por ella, como da otro ome.

ENagenar, e vender puede la cosa, a quel que la rescibio a censo. (1) Pero ante que (2) la venda, (3) deve lo fazer saber al se-  
ñor  
Recep. sobre ella

fodredichos, quiseff: in pagar la renta por si, sin pleyto ninguno, fasta diez dias, (16) deuela rescibir (17) el señor de la cosa; e estonce non ge la deve tomar. (18) E si a ninguno destos plazos non pagasse la renta, estonce (19) puede tomar la cosa (20) el señor; maguer non le pidiessè el censo, el por si, nin otro por el. Ca entiençese, que el dia del plazo, (21) a que deve pagar la renta, lo demanda por el señor, e aplaza al otro; que la pague.

Partida V.

rium: quia si hoc esset verum, de facili posset eludere di-positionem illius legis, & negando impedire hoc remedium: sed licet hoc sit inconveniens, tuius est praticare sententiam Specul. quam etiam tenet Bald. in dic. leg. 2. & in §. ad hoc, colum. fin. de pace jura. firma. & videtur de mente Decii in dic. consil. 146. dubio secundo.

(16) Diez dias. Approbat unam ex opinionibus gloss. in dict. capitul. potuit, de locato. ubi gloss. & communiter Doctores, non istam, sed aliam tenent, & concludunt, quod relinqueretur arbitrio iudicis, & tradit Jason. in dict. leg. 2. quæst. 30. tene menti istam legem in ista taxatione tempo-ris, & nota, quod etiam si dominus ante istos 10. dies de-claraverit tacite, vel expresse, se velle expellere emphyteo-tam, adhuc admitteretur purgatio moræ, ut satis colligitur, & probatur ex ista leg. licet Alexand. in leg. si in-sulam, ff. de verborum obligationibus, voluit contrarium, & etiam Bart. Cepol. caute. 135. incipit, tu scis, quod emphy-teota, & tradit Jason. in dicta lege 2. quæst. 29. ubi ipse te-nent contra eos. Sed quid si elapso biennio, vel triennio do-minus ante hos decem dies concessisset alteri rem istam in emphyteosim, vel aliter eam in alterum alienaverit: an etiam tunc poterit moram purgare? Videtur, quod non ex quo res non est integra, præsertim, si dominus jam esset al-teri obligatus de evizione, pro quo vide Ludovicum Roman. consil. 103. visio proposita questio, & c. facit L. & si post tres, ff. si quis cautionem, & quia purgatio moræ non admittitur, nisi re integra, argum. legis fin. C. de repu. ha-redi. & caput. si tibi absentis, de præbend. lib. 6. tradit Jason. in dict. leg. si insulam, colum. 4.

(17) Deuela rescibir. Non ergo procedit, quod dicit Bald. in lege 2. colum. 2. in 2. lectura. C. de jure emphyteo. in intellectu, quem dat ad capitul. potuit, de locatio.

(18) Non ge la deve tomar. Ista lex vult, quod etiam emphyteota privati possit moram purgare infra decem dies. Tene menti, quia de jure communi magis communis opin. erat in contrarium, ut tradit Jason. in dict. leg. 2. quæst. 29. ubi late, & Alexand. consil. 106. col. 3. vol. 2.

(19) Estonce. Non ergo poterit antea, & si velit, ut dixi in gloss. præcedenti: non enim executio fit à lege, nisi istis ter-minis transactis, ut hic habetur, & sic responderet adnotata per Doctores, ubi supra, quod ubi est declarata voluntas do-mini, cum executio fiat à lege, non admittitur purgatio moræ, L. trajecticia, §. de deo, ff. de actione, & obligati. L. si in cui, ubi Bart. ff. de legat. 2. & in ista leg. si insulam, ff. de verborum oblig.

(20) La cosa. Cum melioramentis, ut in leg. 2. C. de jure emphy. ubi vide per Jason. 7. notabil. & adde Bald. in cap. si vastallus, sic finitur lex in ass. feud. de quibus tamen melioramentis hoc intelligatur, vide Carolum Molin. in suo commento consuet. Parisiensi. tit. 1. §. 1. in gloss. 5. fol. 8. col. 3. versio. obiter, cujus resolutio est, ut illa me-lioramenta amittat, quæ concernunt solitam meliorationem prædii ad quæ expresse, vel tacite ex contractu tenebatur: secus si nudam formam meliorationis excedunt ad quæ ex natura, & L. contractus non tenebatur, ut si novas mansiones urbanas, vel rusticas, vel aliud magni sumptus addiderit rei.

(21) Que el dia del plazo. Idem habetur in dict. leg. 2. & in cap. potuit, vide quæ dicam in leg. 8. tit. 14. in fra eadem partita.

Potest emphyteota prius domino requisito, eique non-ciato, quantum ab alio potest sibi offerri rem alii vende-re: sed si dominus voluerit, habebit eam pro illo pretio infra duos menses: & teneatur dominus, si eam non vult pro eodem pretio habere infra id tempus, novo emptori novo cartam facere: & habebit pro laudemio partem pretii quinquagesimam, vel estimationem, si alio modo quam per venditionem fuerit alienata: & emphyteota potest eam sine domini licentia pignori obligare: sed si eam alienet, vel pignoret homini à quo ita leviter censum dominus habere non possit: sicut ordini, vel homini potentiori perdet jus, quod habebat in ea, hoc dicit.

(1) Rescibio à censo. Adverte, quia ex hoc verbo vide-tur, quod dispositio hujus leg. habeat locum etiam in cen-suario, ut si alienet rem censualem domino irrequiritur, cadat à jure suo, & hanc sententiam tenet Angel. de Aret. in §. adeo in fin. Institut. de locatione, allegat Bart. in leg. 1. §. penult. ff. de superficibus, tu dic contrarium, quia ex quo in censuario fuit translatum omne jus domini, & sic omne dominium juxta notata in capit. constitutus, de religio. domi. per gloss. & Doctores, potest liberè rem aliena-re: quia in re sua quilibet est moderator, & arbiter. L. in re mandata, C. mandat. L. sed, & si lego, §. consulas, ff. de pet. heredit. & quia sicut in contractu censuali quis non privatur jure suo: non solvendo, ut notatur in dicto capi-tul. constitutus, sic neque alienando, quia ista duo acqui-rantur, ut patet in capit. potuit, de locato. tradit Alex. consil. 106. visio ibi temat, libro 4. & ita tenet Decius consil. 164. non fuisse, & c. colum. 3. dicens Angel. de Aret. non bene in hoc dixisse, & quod Bart. quem ipse allegat, lo-quitur in superficario, in quem tantum transit utile do-minium, non in censuario, & idem tenet Socin. quem Decius non allegat consil. 208. visio actus, & adnotatis, & c. colum. 4. volumine 2. dicens hoc sensisse Imol. in cap. ad audientiam, colum. 2. de reb. Eccles. non alien. & ad istam leg. dic, quod loquitur in contractu emphyteotico juxta leg. præcedentem, seu quando census solveretur in recognitionem domini, penes alium existentis juxta ea quæ notat Bald. in titul. de pace constantie, in verbo persolvere furtum, & facit bene ad prædicta, quod notat Alberic. in lege final. colum. penult. C. de jure emphy. ibi, sed nunquid hæc lex habeat locum in contractibus nostri temporis, quia appellatur ad hereditatem perpetuam, vide ibi per eum, & nota ista, quia Doctores non tangunt in dict. leg. fin. neque in dict. cap. potuit.

(2) Ante que. Implet venditione intellige: nam bene potest exponere venalem sine requisitione domini, ut notat Abb. in dic. cap. potuit, de locat. 1. notabil. item, & si non traderet, excusaretur à pœna caducitatis, vide per Ja-son. in tractatu. de jure emphyteotico, col. 855. cum sequent.

(3) La venda. Quid si permutat cum alia re, dic quod non requiritur consensus domini, vel requisito de qua hic: imò sine eo potest permutare cum alio, & est ratio: quia non potest consequi à domino rem, quam consequitur cum alio permutando, ut dicit Joan. Andr. in addit. ad Specul. tit. de locato, versio. 121. & idem vult Joan. de Imol. in dic. cap. potuit, col. 8. versio. an autem. Abb. con-sil. 74. duo principalia, volum. 1. Decium consil. 160. Ja-son. in dic. leg. fin. colum. 145. totius tractatus, licet gloss. par-la 7. note



ñor (4) como la quiere vender, e quanto es (5) lo quel dan por ella. E si el señor le quisiere dar tanto

parva, ibi, in verbo, transponere velit, quod illa lex etiam habeat locum in permutatione, si tamen tantum etiam per viam permutationis possit consequi à domino, quod ab alio: habeat locum illa lex, secundum Innoc. in dic. cap. potuit, Abb. in dict. consilii. & Decius ubi supra, tenebitur tamen requirere dominum, postquam cum alio permu- verit, ut illum investiat, & in possessionem inducat, recipiatque laudemium, secundum Jason. ubi supra.

Quid autem in locatione ad longum tempus? Dic idem, quod in venditione, secundum Imol. in dic. cap. potuit, super gloss. 3. & tenet Alexand. qui alios refert consilii. 120. volum. 3. licet enim emphyteota irrequisto domino, seu sine eius consentu, possit vendere suam commoditatem fructuandi alteri, ut est de mente Bart. in leg. usufructus, ff. soluto matrimo. tamen proderit, nisi fieret ad longum tempus talis concessio commoditatis: nam tunc effectus species alienationis, ut in leg. 1. §. quod ait. ff. de superfluo. & ita declarat Bald. novellus in tractat. de dete, folio 41. colum. 1. postea tamen emphyteota aliquem facere usufructuarius in re emphyteotica, irrequisto domino, secundum Baldum in leg. 1. ff. quibus mod. usufruct. amit. in versis. idem in fundo, & hoc dictum, dicit esse notandum Alexand. in leg. 3. §. ex contrario, ff. de acquiren. possession. colum. 13. & dicit se habuisse de facto, ubi et dicit, quod potest constituere usum uni, & usufructum alteri, & in penult. colum. assignat rationem ad dictum Bald. quia ex hoc non transfert utrumque dominium, neque sua melioramenta, unde non sumus in casu, capit. potuit, de locato. neque dicta legis final. & idem tenet Jason in dic. leg. final. 149. colum. totius tractatus.

Quid vero, si donet, vide gloss. in dict. leg. final. que dicit, quod non tenetur requirere dominum, & est magis communis opinio, vide ibi per Jasonem colum. 128. & colum. 135. totius tractatus, ubi quid in emphyteota ecclesie, an possit donare, & vide Bald. in leg. pen. C. ne rei domi. vel templo. & in §. donare, qualiter feud. alien. possit, & in §. libellari. de pace constantie, & Bart. in leg. in conventionibus ff. de verborum obligatio. Et an possit legare? Vide per Jasonem ibi colum. 138. & quid si venditio, vel alienatio fit necessaria, ut vide Baldum quod debitis emphyteote, vide per Jasonem ibidem colum. 149. totius tractatus, versis. 5. quo, ubi post Baldum in capit. 1. in princ. de prohib. feud. alien. per Frederic. tenet, quod possit dari in solum per judicem, salvo tamen semper canone domini: sed advertit, quia videtur dicendum contrarium: Imò, quod requirendus sit dominus, qui fortasse velit solvere debita, & quod sibi assignetur in solum, & non est ratio, cur in hoc aliter sit dicendum, quod enim fit per judicem fieri videtur per debitorem, lege si ob causam, C. de evictio. L. eleganter in princ. ff. de pignor. actio. & cum emptor habeat causam à debite, servanda est hujus legis dispositio, ac si ipse debitor venderet, lege Julianus, §. idem Celsus, ff. de actionibus empti, l. i. qui, ff. de usufruct. lega. & hoc tenet Bald. consulendo, consilio 306. volum. 1. verba investiture, &c. & licet loquatur, quando fuit factum pactum de non alienando: nisi requiritur domino: tamen idem est, & si cesset tale pactum expressum, cum hoc fit de natura contractus, & dispositione legis, & militat eadem ratio.

Quid si vendat, dicens: vendo tibi si, & quantum de jure possim, & non aliter? Bald. in capit. 1. §. 1. colum. 4. versis. sed pone, quod vendidit, &c. de successione feudi loquens in feud. tenet, quod per ista verba excusetur à pœna caducitatis, argum. l. si me in vacuum, & l. qui absentis, §. 1. ff. de acquirenda possessione, etiam si quando tradit, sit obitus excipere jura domini, que in ipso contractu excipi debent, argum. l. si binarum arum, ff. de servit. urba. prediorum, quod dicit esse verum, nisi aliqua captio domini possit intervenire per corporalem traditionem, puta, si esset castrum, quod vix dominus recuperare

poterit: nam dolus est in traditione, & ideo purgari debet per amissionem feudi. quoniam conficitur, & simulatæ protectiones nihil operantur: Imò fraudem argunt ficiones, ut ff. de jure patron. Leg. si libertus, & quod per ista verba excusetur emphyteota à pœna caducitatis, tenet Jason referens Bald. ubi supra (licet non ita late, ut dixi) in dicta leg. final. colum. penult. versis. 25. quo, tu adde Bald. in capit. 1. §. final. qua fuer. prima caus. benefic. amit. versis. sed pone, ubi ponit eandem questionem in feudo, & concludit, quod licet clam fieri videatur, cum non denuncietur domino, & in præjudicialibus non juvet protestatio: tamen cum adjicit hæc verba, non aliter, neque alio modo (quia tunc nihil videtur actum) forte non perderet feudum: nam constat, quod non intendit alienare, nisi possit juxta notata in simili in leg. si quidem, C. de exception. & in leg. item labes, §. 1. ff. famil. hereditum. & argum. l. si quis locuples, ff. de manu. testat. & idem dic. si vendit sub conditione, si consensus domini accesserit, secundum Albericum in dicta lege fin. colum. fin. per legem final. C. de fundis patrimo. libr. 11. tradit Jason in dict. leg. fin. col. fin.

Et quid si alienatio sit nulla: sed de facto invalide celebrata? Dic, quod talis alienatio non induceret pœnam caducitatis, l. ea quidem, C. si mancip. ita fuer. alien. lege continuis, §. cum quis, ff. de verborum obligationibus. Specul. tit. de locat. §. nunc aliqua, versis. 95. Bart. in leg. final. §. fin. autem, C. commun. de legat. Baldus in leg. 2. C. de Episcop. audient. Alexand. consilii. 99. colum. fin. volum. 5. ubi & vide per Alexand. an si alienatio fiat pro parte, cadat in totum à jure emphyteotico, de quo ultimo, vide etiam per Jasonem in dict. leg. final. leg. 13. quo, penult. carta. colum. 2. intellige etiam istam legem de vendente, scilicet qualitatem rei, quia erat emphyteotica: nam secus si ignoraret, ut tradit Jason in dict. leg. fin. versis. 15. quo, colum. 154. totius tractatus, & adde Decium consilii. 328. colum. fin. per quem vide, qui incumbat probatio scientie, & per Baldum in capit. 1. §. si vassallus feudum in fin. ff. de feud. fuerit controver. inter domo. & agna. Et an ex venditione facta per patrem, qui receperat pro se, & nepotibus præjudicaret illis? Vide Bartolum, quod sic, in lege 1. ad finem, ff. de interdict. & relega. & vide Baldum in leg. adoptivum, §. patronum, ff. de in jus vocan. & quid si sit minor, qui vendidit? Vide Baldum in leg. rem quam, C. si aduersus vendit. pignor.

(4) Al señor. Et si sunt plures domini omnium teneretur requirere consensum, quando sunt domini pro indiviso, vide per Joannem Andr. in addit. ad Specul. tit. de locat. §. nunc aliqua, versis. 72. super parte sicut, & per Jasonem in dicta lege final. versis. 12. quo, 153. colum. totius tractatus, & quid si plures domini requisiti unus velit pro se retinere: alius vero non? Vide per Albericum in leg. si duo patroni in princ. ff. de jurejurand. Jason. ubi supra, & in leg. stipulationes non dividuntur, colum. 14. ff. de verborum obligatio. nam si vult totam rem retinere, & totum pretium solvere, bene auditur, per textum notabilem in leg. in libello, §. si servus plurimum, ff. de capti. & an sufficiat, quod emphyteota uxoris denunciaret ejus marito? Dic, quod sic per leg. aut qui aliter, §. quod servus, juncta gloss. 1. ff. quod vi, aut clam. declarando, ut ibi per Bart. tradit Jason in leg. fin. 17. quest. 155. colum. totius tractatus, & quod emphyteota emphyteotee requirere debeat consensum domini principalis, vide Azo. C. eod. in summa, & gloss. in dict. leg. fin. & per Bald. in leg. si permittente, C. ad Macedo.

(5) E quanto et. In dicta leg. fin. à qua ista sumpta est, habetur quantum pretium ab alio revera accipi potest, si ergo veritatem pretii non notificat, sed aliquid falsitatis admiscet, unde dominus nollet emere, caderet emphyteota à jure suo, ut notat Salicet. in dict. lege fin. & Specul. tit. de locat. §. nunc aliqua, versis. 92. & vide per Jason. in dict. leg. fin. 6. & 7. notabili.

le non queria (6) dar tanto, o lo callasse (7) fasta dos meses, (8) que le non dixiesse si lo quiere fazer, o non: dende adelante, puedela vender a quien quisiere: e non le puede embargar, aquel que gela dio a censo, que lo non faga. Pero deuela vender a tal ome, de quien pueda el señor auer el censo, tan ligero (9) como del mismo. (10) Otrofi dezimos, que este que tiene la cosa a censo, que la puede empeñar (11) a tal ome como sobredicho es, sin fabiduria del señor. E estonce, quando le enagena, tenuto es

(6) Que lo non queria. Quid si non constat de expresse consensu, seu licentia: sed apparet, quod dominus longo tempore receipt pensionem ab emptore, cui vendidit emphyteota, an per hoc præsumatur dominum consensisse venditioni? Vide Alexand. consulentem, quod sic consilio 113. volum. 4. & nota hic, quod sufficit, quod dominus dicat se nolle emere, licet non det licentiam vendendi, ut tenet Specul. in dict. §. nunc aliqua, versis. 100. quo, & idem probatur hic, & si dicat nolo retinere: quia non est ulterius expectandus, licet Spec. versis. 101. teneat contrarium: tamen Joan. Andr. ibi in additionibus, tenet primum, per dictum capitulum potuit, & bene secundum Jason in dic. lege fin. 8. notabili, col. 120. totius tractatus, & quid si post licentiam domini emphyteota per annum, & amplius distulit venditionem? Distingue, ut per Joan. Andr. in addition. ad Specul. tit. de locato. dic. versis. 103. dic. §. nunc aliqua, quem sequitur Jason ubi supra proximi dixi.

Sed quid si vendidit de consensu domini: sed post ea agit tanquam deceptus remedio. L. 2. C. de rescindenda venditio. & l. 55. eod. tit. 5. supra ead. partit. & ita consequitur rem, vel vendidit cum pacto de revendendo, & post ea remittit, an in ista nova translatione domini requiratur consensus domini? Vide per Baldum novell. in tractatu de dote, fol. 41. colum. 1. ubi tenet, quod non, & ibi tractat illam questionem, an consensus præstius per dominum, quod res emphyteotica aliqui daretur in dotem sufficiat, sine eo, quod iterum dominus consentiat, quando soluto matrimonio dos traditur mulieri, & tenet, quod sic, ex eo: quia qui voluit antecedens, videtur velle, & consequens, l. illud, ff. de acquiren. heredita. L. quomvis simpliciter, C. de fidejusso. Adverte tamen quod ad id, quod dicit Bald. novell. quando rescindatur venditio ex remedio, l. 2. vel ubi remittitur: quia ipse nihil allegat pro hoc dicto. & videtur quod falsum in eo, quod dicit de pacto de revendendo, non bene dicit, juxta ea, que notat Alberic. in leg. ab emptione, ff. de passu. ubi Jason, fin. colum. est enim reemptio secunda venditio, & de ea debet habere dominum suum laudemium: non enim resolvitur contractus: sed rescinditur ex pacto primum, & sic secundus procederet tamen dictum Baldi novelli, quando dominus qui primus venditioni dedit licentiam, fuit certificatus, vel conscius pacti de revendendo: quia tunc primus consensus extendit se ad secundam venditionem, bene facit pro hoc, quod dicit Bald. in leg. fin. §. sed quia nostra majestas, C. commun. de lega. versis. que rit bic Dynus, quando vero rescinditur ex remedio, l. 2. tunc bene videtur procedere dictum Bald. novell. cum tunc non fit secunda venditio: sed rescitio prime per supra dicta.

Et quid si facta jam venditione, dominus ignorans illam esse factam, consentiat venditioni, tanquam fenda? Dic quod non sufficiat, neque evitariet ex hoc pœna caducitatis, secundum Paul. de Cast. in leg. si quis filio exheredat. §. irritum, ff. de in jure nupti. si tamen dominus esset conscius de venditione, videtur secundum omnia revertitisse pœne commissa, argum. leg. post diem, ff. de leg. commisso, & l. 2. in princ. ff. si quis cautio. & adde Alexand. consilii. 146. colum. 2. volum. 5. Nota etiam, quod non videtur dominus, qui dat consensum emphyteotee, ut vendat teneantur suæ proprietari, vide Bald. in prelu. feud. colum. pen. & in cap. 3. §. praterea, quibus mod. feud. amit.

el señor de la cosa, de rescibir en ella a aquel a quien la vende, e de atorgargela, faciendo ende carta de nuevo. E por tal otorgamiento, o renouamiento del pleyto, non le deve tomar (12) mas de la cinquentena parte, de aquello por que fue vendida; o de la estimacion que podria valer, si la dieste. Mas a otras personas, de que non podiclle auer tan ligeramente el censo, non la puede vender, ni empeñar, así como a Orden, (13) o otro ome mas poderoso que el; que estonce non valdria, e perderia (14)

(7) O lo callasse. Quando ergo non tacer: sed statim exprime se nolle emere, non est expectandus lapsus duorum mensium, ut hic patet, & in dic. cap. potuit, ubi Joan. de Imol. & Abb. (8) Dos meses. Sed an possit dominus post duos menses moram purgare? Joan. Andr. in addit. ad Spec. dic. §. nunc aliqua, versis. 101. tenet, quod sic, & vide per Jason in dic. leg. fin. col. 120. totius tractatus. (9) Tan ligero. Nota bene hoc verbum, quia idem dicebat Joan. de Imol. in dic. cap. potuit, colum. 8. & Jason. in dic. leg. fin. colum. 143. totius tractatus. (10) Como del mismo. Vide infra. (11) Empeñar. Approbat opin. gloss. in leg. fin. C. eod. super verbo alius vendere, & nota hanc leg. quia addit in hoc, quod pignoriatio fiat persona non prohibita, quod verbum, neque in leg. tutor, §. fin. ff. de pigno. actio. neque in leg. lex vestigial. ff. de pign. neque per Doctores ita reperies declaratum. Aut tamen emphyteota possit alii in emphyteotium concedere sine consensu domini, vide per Jason. in dic. leg. fin. col. 148. totius tractatus, ubi refert Spec. & alios, quod non possit hoc facere sine consensu domini, quod limita, & intelligit: nisi alienaret suas commoditates, retento sibi utili dominio, secundum Bald. in dic. leg. fin. per text. in leg. necessario, §. fin. ff. de pericul. & commod. rei vendit. vide per Jason. in dic. leg. final. col. 116. totius tractatus. Sed an plures emphyteotee possint interesse alienare irrequisto domino? Bart. in leg. cum bi, §. si uni, de transfat. & in leg. qui Rome, §. duo fratres, ff. de verbor. obligat. tenet, quod sic, & idem tenet Joannes de Plat. in leg. 1. C. de impon. lucra. descript. lib. 10. & in leg. 2. C. de execut. & exacto. lib. 12. alii vero tenent contrarium, ut refert Jason. in dic. leg. fin. col. 150. ubi vide per eum, per quem etiam vide col. 145. & 126. totius tractatus, an possit filix, vel extraneæ concedere in dotem, vide ibi.

(12) Non le deve tomar. Sed quid solver istam quinqueagesimam? Gloss. parva super verbo acciperet in dic. leg. fin. dicit, quod novus emphyteota, & ita nota ibi Jason. 15. notabili. (13) A orden. Istud non ita bene erat declaratum per leges juris communis. Speculator tamen in dic. §. nunc aliqua, versis. 116. dicit, quod provinciale de consuetudine ponunt in istis contractibus, quod non possit emphyteosis alienare in Ecclesiam, vel clericum, vel militem, & quod videantur prohibita Ecclesie, capitanei, & milites, & alia personæ non idoneæ facilitate conveniendi, ut in leg. 2. ff. qui falsis. cogantur, sed Innocent. Joan. And. Hostien. in dic. cap. potuit, dicunt, non reperti hoc in jure expressum: quæ personæ videlicet sint prohibita: nisi tantum id quod habetur in leg. curiales, & in leg. milites, C. locat. & ex ista leg. partitæ, & ejus verbis videtur prohibita Ecclesie, monasteria, clerici, monachi, & milites, & personæ potentiores, & pauperes notabiliter, sui eidenter, à quibus verisimiliter exigi non potest pensio, sui canon emphyteotici, & idem videtur de mulieribus, eo quod pro debito carcerari non possunt, ut in aubent. sed bodie, C. de offi. diverso. judic. & in leg. Taurina, & vide etiam de his per Jason. in dic. leg. fin. col. 142. totius tractatus, cum duabus sequentibus.

(14) Perderia. Ista lex tantum videtur imponere pœnam

Vi. lafracmati  
ca o Auto Acen  
Bado r Cain  
lla r 4. d'Abh  
x llo.  
Vela Jicent  
Id. n. 33. pag.  
167. et Jicent  
14. n. 66. et  
Jicent. 199.  
pag. 282.